

GRAMMATICÆ GALLICÆ,

EX OPTIMIS IN HOC GE-
nere auctoribus, vſitatâ & perspicuâ
Methodo concinnatæ

Per

JOANNEM SERREIVM
Baudovillanum:

Editio secunda.

Non sine labore & industria plerisque in locis
emendata, & necessarijs obſeruationibus &
quotidiana lectione aucta: ſic ut plane
nova videri queat.



ARGENTORATI
Typis Antonij Bertrami Typographi
Academici.

NOBILISSIMIS DO- minis,

D. DANIELI HARDONCOURT, Dn,
in Mancourt, Haucuncourt, Poische. &c.
patrono & mæcenati suo. Et

D. SAMVELI IACOBÆO DE BRU-
NO, cognato fautoriq; suo:

Debita submissione & observantia tolendis

S. P. D.



*Vum singularis semper,
Nobiles & omni virtutum
genere præstantes Domini,
& pietatis & gratitudinis esse duxi-
sem, si quod quis vel Naturâ instru-
ctus, vel bonis adiutus literis in vita
esset consecutus, id non sibi solum ser-
varet: sed cum alijs communicaret: ut
si quæ esset eius utilitas, ad plures ea
derivaretur: Factum est, ut superiori
tempore plus forte oneris suscepimus
in lingua nostra Francica, quam cui*

(2 sufficere

ERISTOLA

mare non dubito, me in vobis magnam
salutis atq; studiorum meorum spem
posuisse: nec parum fuisse solicitu, qui-
bus officijs vestram humanitatem pos-
sem retinere. Accipite igitur, Nobilis-
simi Domini, munusculū hoc leuiden-
se: & sic habete, me, quemadmodum
bac in re exigua, grati animi signum
aliquid dare conatus sum; ita quoq; in-
posterum, si mihi illius declarandi vbe-
riorem rationem, studiorum viteq;
conditio concesserit: minimè permis-
sum, vt aliquid in me Dignitas Am-
plitudoq; vestra desiderare possit. Va-
lete. Argentorato. IV. Idus Ianuarias.
Anno recuperatæ per CHRISTVM
salutis M. DC.

H. V.

Observantissimus

Iohannes Serreius
Baudovillanus.



GRAMMATICA GALLICA;
ex optimis in hoc genere auctoribus,
Visitatâ & perspicua methodo
conciinata.

DE LITERIS.

Litteræ Franciæ sunt Viginti duæ:
A b c d e f g h i l m n o p q r
j t u x y z.

Præceptum Generale de huius
linguæ pronunciatione

In legenda lingua Francica primò literæ,
quas vocant, quiescentes, accuratè cognoscendæ, & à pronunciandis dignoscendæ sunt. Deinde curandum, ne qua earum literarum quæ
pronunciantur, putide & duriter sonet: sed ut
omnes molliter & quasi negligenter efferan-
tur. Postremò Italìs quidem, ut hanc linguam
rectè sonent, cauenda est illa in pronunciando
grauitas, quæ in penultimarum syllabarum
productione sentitur: Germanis autem multò
magis fugienda est, cum illa tarditas in singulis
pene dictionibus vocem sistens: tum et: in li-

A

teris